

0136-0140- SS Hyginus [Viginus] - Epistola ad Athenienses

O93, f. 12va; N442, f. 32vb; V630, f. 33ra; I83, f. 68va; VD38, f. 61va; SG670, p. 116°

¹CUIUS² SUPRA ATHENIENSIBUS DIRECTA.

Viginus³ papa Atheniensibus salutem.

Multa mihi fiducia est apud vos, fratres, et multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo⁴ in omni tribulatione nostra⁵. Tribulor enim, quando de vobis audio, quod non oportet. Consolor vero, quotiens ea inter vos fieri cognovero, quae bonos christianos decet implere.

Nolite, fratres, iugum ducere cum infidelibus. Unde doctor gentium loquitur dicens: Quae⁶ participatio⁷ iustitiae cum iniquitate? Qui autem consensus⁸ templo dei cum idolis? Vos enim estis⁹ templum dei vivi, sicut dicit deus¹⁰. Quoniam¹¹ inhabitabo in <I83, f. 68vb> illis et inambulabo et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi in populos¹². Si enim deus an<SG670, p. 116b>gelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus¹³ ¹⁴ inferni¹⁵ detractos in tartarum tradidit¹⁶ in¹⁷ iudicium¹⁸ cruciandos reservari, et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe iustitiae praeconem custodivit diluvium mundo impiorum indicens¹⁹ ²⁰ et civitates Sodomorum et Gomorrhaeorum in cinerem redigens eversione²¹ damnavit exemplum eorum, qui impie acturi²² sunt, ponens, quid putatis ini<VD38, f. 61vb>quis²³ et impiis perseverantibus in nequitia eorum²⁴ erit²⁵? Iustum vero Loth oppressum a nefandorum²⁶ iniuria²⁷ conversatione²⁸ eruit²⁹. Aspectu enim et auditu iustus erat habitans a]<P9629, f. 8r>pud eos, qui de³⁰ ³¹ die in diem <V630, f. 33rb> [animam³² iustam iniquis operibus cruciabant³³. Novit deus pios de temptatione³⁴ eripere, iniquos ve]ro in diem iudicii cruciandos re[servare, magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immundiciae ambu]lant dominationemque contemnunt³⁵, audaces sibi <I83, f. 69ra> pla[centes sectas³⁶ non <SG670, p. 117a> metuunt facere blasphemantes. U]nde alieni³⁷ erroris societatem³⁸ vel a sui propositi tramite³⁹ recedentem aut ap[ostolicae sedis⁴⁰ iussionibus inoboedientem su]scipere non possumus, nec⁴¹ impedire recte credentes vel sanctorum patrum⁴² iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio⁴³ ⁴⁴. Si deus, fratres, iustis non pepercit, quid⁴⁵ de nobis peccatoribus peccantibus⁴⁶ fieri⁴⁷ putatis? Custodite vos ab omni <N442, f. 33ra> inquinamento⁴⁸ carnis et corporis⁴⁹, ut salvi sitis in die adventus domini. Unum autem hoc⁵⁰ non lateat vos⁵¹, ut⁵² ait apostolus, carissimi: Quia unus dies apud⁵³ dominum⁵⁴ sicut mille anni⁵⁵, et mille anni sicut dies⁵⁶ unus. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit⁵⁷ propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. Adveniet⁵⁸ <VD38, f. 62ra> autem dies domini ut⁵⁹ fur, in qua caeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur⁶⁰. Cum haec igitur omnia dissolvenda⁶¹ ⁶² sunt⁶³, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pie<I83, f. 69rb>tatibus expec<SG670, p. 117b>tantes et properantes⁶⁴ in⁶⁵ adventum diei⁶⁶, per quem caeli ardentis solventur⁶⁷ et elementa ignis ardore tabescent⁶⁸ ⁶⁹. Novos vero caelos et novam⁷⁰ terram et promissa ipsius exspectamus, in quibus iustitia habitat.

Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos⁷¹ in aeternam⁷² suam gloriam, in Christo Iesu modicum passus⁷³ ipse perficiet⁷⁴, confirmabit⁷⁵, consolidabit⁷⁶. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Data X Kalend. Martii Magno et Camerino cons.

O93, f. 12va; N442, f.33ra; V630, f. 33rb; I83, f. 69rb, VD38, f. 62ra; SG670, p. 117b; P9629, f. 8r

¹ In P9629 sind wegen Blattverlusts und Beschädigung der Handschrift nur Teile des Briefes überliefert. Die verlorenen bzw. nicht lesbaren Passagen sind durch [...] gekennzeichnet.

² Überschrift] ITEM YGINI PAPAE SG670

³ Yginus V630; SG670; Iginus korr. aus Viginus VD38

⁴ superabundo] superabundo gaudio korr. aus superabundo SG670

⁵ vestra V630

⁶ Quae] Quę enim SG670

⁷ am Rande societas VD38

⁸ consensus] consensus in I83

⁹ estis fehlt V630

¹⁰ dominus VD38; SG670

¹¹ Qm O93

¹² populus korr. aus populos V630; populis I83

¹³ am Rande funibus peccatorum VD38

¹⁴ ruentibus korr. aus rudentibus N442

- 15 inferni *korr. aus inferno* SG670
16 tradidit in *korr. aus tradidit* O93; N442
17 in *fehlt* V630; I83; SG670
18 iudicio I83; VD38; SG670
19 *am Rande* iubens fieri VD38
20 inducens *korr. aus indicens* V630
21 *am Rande* destructione VD38
22 acturi *korr. aus aturi* V630
23 iniquis et impiis] impiis et iniquis VD38
24 sua SG670
25 erit *fehlt* V630
26 *am Rande* sceleratorum VD38
27 *interlinear* iniusta ac luxuriosa O93
28 conversatione *korr. aus conversione* O93; *conver one* N442; *conversione* I83; VD38
29 erunt VD38
30 *am Rande* id est qui omni die VD38
31 de die in diem *korr. aus in diem de die* O93; *de die in diem]* in diem de die V630; I83; VD38
32 anima VD38
33 crutiabant *korr. aus crutiabantur* O93; V630
34 temptatione *korr. aus temptione* V630
35 contempnunt *korr. aus condempnunt* O93; P9629; *contemnunt]* contendunt, *am Rande* vel contempnunt V630
36 *am Rande* falsas doctrinas hereses VD38
37 aeni I83; *alieni* *fehlt* SG670
38 socium *korr. aus societatem* V630
39 *am Rande* via rectitudine VD38
40 sedis *korr. aus sede* V630
41 nec] Nec eum *korr. aus Nec* SG670
42 patrum] patrum tuorum I83; patrum suorum SG670
43 *am Rande* divisio VD38
44 distinctio SG670
45 quid *korr. aus qui* VD38
46 peccantibus *fehlt* V630; VD38; SG670
47 fieri] fieri fieri P9629
48 *am Rande* sordiditate VD38
49 spiritus SG670
50 hoc non *korr. aus hoc* V630
51 vos *fehlt* VD38
52 ut] ut sicut VD38
53 apud dominum *fehlt* V630
54 deum I83; SG670
55 anni et mille anni *korr. aus anni* VD38
56 dies unus] unus dies SG670
57 expectat V630; ait O93; I83; VD38
58 Veniet SG670
59 sicur VD38
60 *am Rande* dissolventur VD38
61 *am Rande* anullanda VD38
62 solvenda VD38
63 sint N442; SG670
64 *am Rande* festinantes VD38
65 in *fehlt* P9629
66 dei *korr. aus diei* N442
67 solvuntur SG670
68 *am Rande* laquesunt VD38
69 tabescaent *korr. aus tabescant* P9629; *tabescunt* VD38
70 novam terram] nova terra I83
71 vos VD38
72 aeternam suam *korr. - am Rande und interlinear - aus aeternam* P9629
73 passos V630; SG670

[74](#) proficiet *O93*

[75](#) confirmavit *I83*

[76](#) solidabit *I83*; solidabitque *VD38*; *SG670*